UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Natales Sanctorvm Candidissimi Ordinis Præmonstratensis

Sterre, Jean Chrysostome van der

Antverpiæ, Anno M.DC.XXV.

27. Iunij. Qvinto Kalendas Ivlii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37161

Visual Library

profugium, laudatissimè rexit: demum varijs pro DEI gloria, Sacerdotum cælibatu, & pace publicâ, perfunctus laboribus; extructis pluribus pijs locis, gloriosus Pontifex ad cælos migrauit.

27. *Iunij.*

QVINTO KALENDAS IVLII.

IN Dom-martinensi Ordinis Præmonstratensis iuxta Hesdinium Cœnobio, Passio B. IOANNIS de Hecque, eiusdem Ecclesiæ Canonici & Prouisoris. Qui vitâ in Religione integrè inculpateque gestâ, sceleratâ hæreticorum manu, tormentarij pulueris cruciatu tostus, CHRISTI Victima effici meruit, & glo-

gloriosum Martyrij retulit de Tyranno triumphum.

30. *Iunij.*

PRIDIE KALENDAS IVLII.

IN Regali Cœnobio vitis B. MARIÆ Oxomensis Diœcesis in Hispania, B. DOMINICI, primi eiusdem Ecclesiæ Abbatis Ordinis Præmonstratēsis. Qui Alphonsi VII. Castellæ Regis cognomento Imperatoris frater, mundo valere iusso cum vanitatibus suis, nuda IESV vestigia in Præmonstrato Ordine sequi maluit; extructumq; hoc ab Alphonso Rege Virgini-Matri Cœnobium, in quo & eius imago crebris miraculis illustratur, primus cum magna sanctitatis laude rexit.